MASTER NEGATIVE NO. 92-80638-2

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

AUTHOR:

HUG, ARNOLDI

TITLE:

ARNOLDI HUG COMMENTATIO

PLACE:

TURICI

DATE:

1872

Master Negative #

92-80638-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Hug, Arnold, 1832-1895.
...Arnoldi Hug commentatio de arte critica in Antiphonteis orationibus factitanda. Turici, typis Zürcheri, 1872.
26 p., 23 x 18 cm.

Programme, Zürich.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7-16-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Hermann

RECTOR

UNIVERSITATIS LITTERARUM TURICENSIS

COMMILITONIBUS

CERTAMINA ERUDITIONIS PROPOSITIS PRAEMIIS

IN ANNOS MDCCCLXXII—LXXIII

INDICIT

PRAEMISSA EST

ARNOLDI HUG COMMENTATIO
DE ARTE CRITICA IN ANTIPHONTEIS ORATIONIBUS
FACTITANDA

TURICI
TYPIS ZÜRCHERI ET FURRERI
1872

DE ARTE CRITICA IN ANTIPHONTEIS ORATIONIBUS FACTITANDA

In quaestione illa difficillima, quae est de arte critica in Antiphonteis orationibus factitanda, quaeritur primum quonam uinculo inter se coniuncti sint duo codices: Crippsianum (A) dico et Oxoniensem (N). Hanc autem quaestionem uix accurate tractari posse nisi denuo cum cura examinato Crippsiano cum iam Herm. Sauppius in quaestion. Antiphont. p. 6 significauisset, tum nuper dixit R. Schœllius in censura editionis Friderici Blassii, quam egit in annal. philol. 103, p. 297. Ego cum idem sentirem initio huius anni precibus adii Joannem Siggium Turicensem discipulum quondam meum, iuuenem doctissimum et in oratoribus Atticis uersatum, ut cum Londini uersaretur meum in usum Antiphonteas saltem orationes conferret. Obsecutus ille uoto meo diligentissime quoad fieri posset distinctis diuersis correctorum manibus conlationem confecit. Ex ea aliqua quae grauiora essent hac occasione oblata cum legentibus communicaturus eram id agens primo loco, ut aliquanto artiore etiam communitate et errorum et bonarum lectionum quam adhuc putatum esset codices illos duos inter se coniunctos esse demonstrarem: cum superuenit commentatio ab ipso Blassio de eadem re edita in Musei Rhen. XXVII, p. 92 seqq., qua partem laboris mihi praereptum esse uidebam. Etenim Blassius quod ante editionem suam neglexerat, nunc post eam confectam non esse praetermittendum ratus ipse aestate proxima denuo Crippsianum inspexit in eis inprimis locis, in quibus N ab illo discedere diceretur, et ad eandem sententiam de his duobus libris peruenit quam supra exposui. Quod factum cum et moleste ferrem, ut fit in tali re, et gauderem quod ex consensu utriusque conlationis in plerisque rebus perspicerem quam accurate a Siggio liber tractatus esset quamque certo iudicio nunc de quibusdam posset iudicari, rem meam ita institui, ut hac scriptiuncula augerem ea quae Blassius in illa commentatione proposuit, quibus deinde in rebus ab eius iudicio discederem, longius exponerem.

Initium faciam a descriptione codicis quam Siggius mihi misit his uerbis usus:

»Codex Burneianus 95 Plut. CLX.D besteht aus 170 pergamentblättern, von denen das erste auf der vorderseite nebst dem überrest einer ältern überschrift (*θέσεως*) die durchstrichene Aufschrift hat: *ἐκ τῆς μεγάλης βιβλιοθήκης τοῦ βετοπαιδίου*[1]). Die rückseite ist beschrieben mit einer französischen biographie des Andocides und Isaeus aus dem dictionnaire des hommes illustres. Die vorderseite des zweiten blattes ist leer, die rückseite enthält die von A geschriebene inhaltsangabe des codex. Der text selbst beginnt mit blatt 3 und endigt mit der vorderseite von blatt 170, so dass wir also 335 seiten fortlaufenden textes haben. Der codex ist ziemlich genau 1′ hoch und circa 7″ breit, an den seiten oben und unten lässt die schrift einen raum von 1½—2″ breite frei, abgegrenzt durch eingeritzte linien. Die linien sind jedesmal auf den 2 gegenüber stehenden seiten eingeritzt und gelten auch für die je rückstehenden. Die anzahl der zeilen jeder seite varirt zwischen 32 und 37. Im anfang (etwa durch 30 blätter) ist 37 die gewöhnliche zahl, nachher circa 34. Das pergament ist sehr schön, ziemlich weiss, nur an den rändern schwarz; die dicke der blätter ist verschieden.

Die schrift ist im ganzen sehr sorgfältig; die zeilen sind, trotzdem dass keine linien gezogen sind, ordentlich gerade und in regelmässigen abständen. Die tinte ist fett, mittelschwarz, manchmal etwas dunkler, manchmal etwas bleicher. Der zahn der zeit hat sehr oft an den buchstaben genagt, so dass sie wie punctirt aussehen. Dieses geprickelte punctirte aussehen ist das beste zeichen der ursprünglichkeit eines buchstabens. Titel wie *ψήφισμα*, *μάρτυρες* etc. sind mit rother tinte geschrieben. Die form der buchstaben ist nicht constant, die doppelformen sind auch hier reichlich vorhanden und machen die chronologische ansetzung sehr schwierig. Abkürzungen hat der codex wenige, für die endungen *ας*, *αν*, *ης*, *ην*, *ται*, *τερον*, *ντερα*, *ων*, *ως*, für *καὶ* und *δὲ* u. s. f. Doch auch diese kommen in der regel nur am ende der zeile und wenn der raum zu knapp ist, vor. Beim beginn neuer abschnitte ist der raum von circa 3 buchstaben leer gelassen. Interpunctionszeichen sind viele, oft am unrechten orte, sehr oft ausradirt von A². Die accente sind ziemlich regelmässig gesetzt mit manchen verstössen bei den encliticis. Statt spiritus asper steht sehr oft der lenis.

———

[1]) Cf. Imm. Bekkerum haec dicentem: fuit Batopedii — delatus in Angliam Burneioque uenditus ab eo, cuius nomen gerit, itineris Clarkiani socio.

Diese fortlaufende handschrift ist nun aber entstellt durch eine masse correcturen und rasuren und zwar glaube ich dieselben in 3 classen zerlegen zu können.

1) A der schreiber des codex corrigirte selbst sofort versehen, die er beim abschreiben machte, indem er ausgelassenes über der linie oder wenn die stelle der auslassung gerade an einen rand stiess, auf diesem nachtrug, fälschlich wiederholtes durch darüber gesetzte punkte als auszulassen bezeichnete oder endlich das falsche radierte und das richtige an stelle dessen setzte; in der regel merkte er den fehler früh genug, um in der correctur so weit schreiben zu können wie sonst. Diese rasuren des A sind stark hervortretend und erscheinen schwärzer als das übrige pergament.

2) Ein 2ter corrector (A′) corrigirte offenbar, nachdem das ganze geschrieben war, mit meist abweichender wenn auch nicht stark verschiedener tinte. Seine rasuren sind besser ausgeführt und beschädigen das pergament nicht so sehr. A corr. und A′ können dieselbe person gewesen sein; oft lässt sich im einzelnen nicht entscheiden, wer von beiden corrigirt hat. An mehreren stellen trug er am rande längere auslassungen des A nach.

3) An sehr vielen stellen corrigirte eine 3te Hand, A² mit leicht zu unterscheidender glanzloser bleicher tinte. Auch dieser radirte; seine rasuren sehen gelblich aus, sind aber nicht immer von denen von A′ zu unterscheiden. Oft corrigirte er einen buchstaben ohne denselben zu radiren.

Ausserdem schrieb ein neuerer an 6 stellen unsers redners, ferner an 11 Isae. in Leoch., an 6 in eiusd. in Philoct., an 13 in Gorgiae Hel. mit schwarzer tinte an den rand, was in den druck (dh. wahrscheinlich in die aldina) übergegangen sei, in sehr unleserlicher schrift, indem er die worte, zu denen die bemerkung gehört, unterstrich, z. B. Antiphon **1** 3: *καὶ προβουλῆς*, *ἐπὶ τὸν τύπον λείπει* u. s. f. Die bemerkungen dieser art können uns natürlich nicht sehr kümmern.«

His praemissis agam primum de eis locis, in quibus Blassius nunc cum Oxoniensi Crippsianum consentientem deprehendit. Indicem eorum (A) composuit pg. 93 et 94. Ex Siggii conlatione, in qua de reliquis omnibus prorsus eadem traduntur, has tantum minutas discrepantias hic notare liceat; **2** δ 7: *κυρίων* A pr., *κυρίως* A′ (sic etiam Dobsonus), **3** δ 9: *ὅς δὲ ἐὰν φθαρῇ* cum N, **5** 52: *τοῦ μὴ* A pr., *τῷ μὴ* A², **5** 93: *συνεξ. σωσεν*, **5** 94: *πράξεθ'* A pr., *πράξεσθ'* A′. **6** 9 fin. *τούτου αδ ἀξιοῦσι* A. pr. Confirmari deinde et augeri potest ex mea conlatione index illarum lectionum, quae utrique codici communes sunt, locis hisce:

A pr.: **1** α 1: *ἔχει μοι* (non *ἔχοι μοι*).
12: *καταψηφίσεσθε.*
2 γ 9: *φανερὸς*, de quo Bl. dubitare uidetur, confirmatur ab S.
4 δ 3: *ὅ τε* A. pr., *ὅ γε* A^2.
9: *δίκαιός ἐστι* A pr., *δίκαιόν ἐστι* A^2.
5 32: *ὅταν* una uoce.
46: *μάλιστα ἐνθυμεῖσθαι*; supra *αι* terminationem aliquid (ni fallor ε ab A. corr. ex archetypo) scriptum erat; erasit hoc A^2 et *δεῖ* post *μάλιστα* inseruit.
51: *ἴσον εἴ(τ)* legitur etiam a S.
61: *τοῦτον* confirmat S.

Haec igitur exempla si eis quae in editionibus et in Blassii commentatione adlata sunt addideris, mirum quantum uel in minimis rebus consentire uidebis A pr. et N.

Sic in oratione 1 numeraui 10 lectiones, quae in his duobus solis extant, quarum 8 bonae sunt,

item in orat. 2	hypoth. 1[1])	quarum bonae: —
2 β	3	2
2 γ	6	4 vel 5
2 δ	5	4
3 β	5	4
3 γ	13	3
3 δ	9	2
4 α	2	2
4 β	4	2
4 δ	8	4

Eadem fere ratio etiam reliquarum orationum.

Sed nullus dubito quin futurum sit accuratiore etiam Oxoniensis tractatione, quam adhuc ei obtigit, ut similitudinum illarum numerus augeatur:

[1]) In **2** α 4 ab editoribus dicuntur NA habere haec saltem uerba: *ἔχοντες γὰρ ἂν τὰ ἱμάτια εὑρέθησαν.* Hoc quidem uerum; num autem in his solis haec uerba inueniantur ualde dubito. Bekkerum enim apertum est ad illum locum errasse dicentem haec in omnibus libris deesse. Sin de A codice errauit, cur non etiam de ceteris errasse putandus sit? Ne in M quidem haec deesse disertis uerbis Dobsonus testatus est; uidentur igitur de hac lectione omnes codices consentire, ita ut ea tantum omittant, quae in Aldina ex coniectura scripta sunt: *οὔτε γὰρ κακούργους εἰκὸς ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον.*

suspicor enim Maetznerum nonnullis locis se decipi passum esse testimonio silentii eius conlationis, quae in ipsius usum ad exemplar Bekkerianae editionis ut mihi quidem uidetur confecta erat. Haec autem codicum duorum communitas in Crippsiano ualde obscurata est ita ut si quis haec tantum legeret quae qui ultimus corrigebat legi uolebat, is sane Oxoniensis non magis quam ceterorum similem Crippsianum iudicaret. Ita in or. **1** ex 10 illis lectionibus correctae sunt in eo: 5, in **2** β ex 3: nulla, in **2** γ ex 6: 2, in **2** δ omnes 5, in **3** β ex 5: 1, in **3** γ ex 13 circiter 9, in **3** δ ex 9: 6, in **4** α ex 2: 1, in **4** β ex 4: 2, in **4** δ ex 8: 7. Quod si quis reputauerit has correctiones paruam tantum esse partem omnium quae in hoc codice adhibitae sunt, is intelleget quam multis locis correctionibus aut deprauatus aut emendatus sit.

In hac correctionum turba uel maxime interest ut et manus correctorum distinguantur et quo modo suam quisque rem instituerit perspiciatur.

Atque haec quidem est consentiens eorum opinio qui librum inspexerunt, unius correctoris manum atramenti colore facile distingui (cf. supra pg. 5 sub 3) et Blassii praef. initium). Hanc manum (A^2), quam in Dinarchi editione Blassius paucis tantum locis, compluribus etiam nuper in dissertatione sua notauit, per totam suam conlationem Siggius a ceteris distinguebat precibus meis obtemperans. Hoc non esse temere ab eo factum, ex eo adparet quod quaecunque exempla in Blassii commentatione A^2 correctori tribuuntur, eodem signo notata inueniuntur in conlatione quam manibus teneo, his solis exceptis: **2** γ 5 *τὸν κίνδυνον τὸν αὐτὸν* A pr., *μὲν* post *τὸν* inseruit A', *οὐ* post *κίνδυνον* A^2. **5** 39 *ἐξάγοι* A', **6** 9 *τουτουὶ δὴ* A'. In quibus cum de prioribus dubitari possit, de **6** 9 non item. Nusquam enim inde a **5** 85 haec deprehenditur manus, ut in fine orationis quintae A^2 corrector magno sane labore suo defetigatus substitisse putandus sit.

Iam si quis lectiones ipsas quas introduxit A^2 quales sint examinauerit, congruere eas omnes cum uulgata quam dicunt h. e. cum archetypo deteriorum uel recentiorum codicum mox animaduertet. Cuius rei testimonio utamur primum eius generis lectionibus, in quibus secundum et Blassium et Siggium A^2 consensum inter A' et N, qui ante fuerat, sustulit; uelut **3** γ 3: *πεισθέντες*, **3** γ 6 *ἀπέκτεινέ μου τὸν παῖδα — ἀρνούμενος*, **3** γ 8 *μηδεμιᾶς*, **3** γ 10 *τῷ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι*, **3** δ 4 *καλούμενος*, **4** δ 9 *οὕτως*, **5** 17 *ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου*, **5** 21 *φασὶν*. Vides haec omnia in uulgata extare h. e. in eo archetypo ex quo Laurentianus (B), Marcianus (L), Vratislauiensis (Z), Burneianus (M) nec non Aldina fluxerunt.

Eodem peruenies, si unius orationis totam seriem mutationum, quas A^2 adhibuit, mecum perlustraris. Faciamus hoc exempli gratia in quinta ne minimis quidem praetermissis, ut qualis et A pr. et A^2 fuerit peruideamus.

5 3: δυναμένων omis. A pr. N, addid. A^2.
5: δὲ omis. A pr., add. A^2, τῆς γνώσσης A. pr. τῆς γλώσσης A^2.
ibid. ἀπολεῖσθαι A pr. et N, ἀπολέσθαι A^2.
7: ὀρθωμένους A pr., ὀρθουμένους A^2.
9: εἴς τε A pr. εἴς γε.
10: προ μεν ουτοῖς A pr., πρῶτον μὲν ουτοῖς A corr., οὖ τοῖς A^2.
ibid. ἀνταποθανεῖν τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα A pr. N, τοῦ νόμου κειμένου ἀντ. τ. ἀποκτ. A corr.
τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν A^2.
ibid. ἔλασσον .. ἔνειμαν .. τῷ τεθνηκότι A pr., erasit A^2.
11: ἐξωλίαν A pr., ἐξώλειαν A^2.
ibid. ἢ μὴν A pr., ἦ μὴν A^2.
12: ἀνομότοις A pr., ἀνωμότοις A^2.
13: ἀναπιων A pr., ἂν ἀπϊών A^2.
ibid. στερέσθαι A pr., στέρεσθαι A^2.
16: ἐποίησω A pr., ἐποιήσω A^2.
ibid. δ' ἂν ἀξιώσης A pr., δ' ἂν ἀξιώσεις A^2.
17: καθιστάναι A pr., καθιστᾶναι A^2.
18: ὠφελῆσαι τοῦ κόσμου A pr. cum N (N τοῦδε), ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου A^2.
21: φησὶν A pr. N, φασὶν A^2.
24: πλέον A pr., πλέων.
28: νῦν δὲ μὲν ὧ A pr. (N similiter), νῦν δὲ ἐν ᾧ μὲν A^2.
31: ἐπ' A pr., ὑπ' A^2.
ibid. ἐλπισας A pr., ἐλπίσας A^2.
33: ἐνταῦτ' A pr., ἐνταῦθ' A^2.
34: ἄθρωποι A pr., ἄνθρωποι A^2.
36: τῷ λόγων (sic) A pr., τῶν λόγων A^2.
ibid. εἰκότως A pr., εἰκότος A^2.
37: τὸ ψεύδεσθαι A pr. N, τῷ ψ. A^2.
ibid. διὰ τοῦτο A pr. N, διὰ τούτου A^2.
38: ἂν τὶς A pr., ἄν τις A^2.
42: δια A pr., διὰ A^2.
ibid. ἀληθέσιν .. σι A pr., ουσι A corr., οὖσι A^2.

44: ἀνέγκραγεν A pr., ἀνέκραγεν A^2.
46: δεῖ cum N omisit A pr., supra lin. add. A^2.
ibid.: ἐξελεῖται A pr. N, ἐξέληται A^2.
49: τότε bis A pr., τοτὲ A^2.
51: ἴσον εἴ(τ) τοῦτο μέντοι A pr. (ἴσον εἰ τοῦτον μέντοι N), ἴση ἐστί, τούτοις μὲν τὸ A^2.
52: εἴ τ' ἐμοὶ A pr. N, εἴ τι μοὶ A^2.
ibid.: ἀπάγων A pr. N, ἀπάγειν A^2.
54: τοῦ μὴ A pr. N, A^2 τῷ μή.
61: ἐπὶ τοῦτον A pr. N, ἐπὶ τοῦτο A^2.
63: τοῦτο ἐναντίον A pr. N, τὸ ἐναντίον A^2.
65: εἶπεν A pr., εἰπεῖν A^2.
66: ἀξιοῦται A pr., ἀξιοῦτε A^2.
68: ἧξει οὐ A pr., ἠξίου A^2.
69: ἀποθανόντες A pr. N, ἀπέθανον A^2.
70: ἐτέθνησαν A pr., ἐτέθνασαν A^2.
75: καὶ κινδυνεύσεται A pr. et N, κεκινδυνεύσεται A^2.
78: ἡμέτερον A pr., ὑμέτερον A^2.
82: fin γίγνεσθε A pr., γίγνεσθαι A^2.
83: ὁσίοις A pr., ὅσοις A^2.
84: σοφωτατὴν A pr., σαφεστάτην A^2.
ibid.: ἐναντίον A pr., ἐναντίων A^2.
ibid.: ἡμᾶς A pr., ὑμᾶς A^2.

Non sine taedio haec cum puluisculo exhausi, sed nolui laborem molestum defugere, ne firmo careret fundamento haec disquisitio. Hoc uero nunc iactum esse puto. Inter omnes enim has correctiones ab A^2 in oratione quinta adhibitas — sunt autem plus quinquaginta — ne una quidem inuenitur in qua hic corrector discedat a deteriorum quos dicunt codicum testimonio. Idem ualet de ceteris orationibus praeter sextam, a qua uidimus A^2 abstinuisse. In **1** oratione sunt 13 eiusdem generis correctiones, in **2** α: 3, in **2** β: 4 (vide **2** β 6 εἰκὸς ἦν A pr., εἰκὸς ἂν ἦν A^2, εἰκὸς ἦν ἂν N), in **2** γ: 6, in **2** δ: 4 (inter quae celeberrimum illud § 1: ἥ τε ἀτυχία A pr. N, τῇ τε ἀτυχίᾳ A^2), in **3** α: 1, in **3** β: 2, in **3** γ: 18, in **3** δ: 8, in **4** α: 2, in **4** β: 5, in **4** δ: 8.

In his omnibus exemplis quae et ipsa conlatione Siggii duce perscrutatus sum — numerus autem omnium si addideris illis ex **5**. oratione adlatis plus centum efficitur — cum in uno loco **2** α 3, ubi Siggius contra atque Dobso-

nus dixerat testatur scriptum extitisse ἡμέτερον ut in omnibus ceteris, ab A² uero in ὑμέτερον mutatum esse, hunc correctorem cum uulgata discrepare inuenerim, id unum exemplum qualecunque est non potest impedire quominus hunc consensum inter A² et codices recentiores casu factum esse negemus. Licet enim statuas hominem illum Graecae grammaticae haud imperitum numerosa illa A librarii in accentibus peccata aliaque quorum emendatio in promptu esset sua sponte corrigere potuisse, restant sane multi eique grauissimi et difficillimi loci, in quibus fieri non potuit ut in eandem lectionem quam praebent illi forte fortuna ubique incideret. Omnium autem proxime absunt hae correctiones a B codicis memoria. Vide sis **2** β 6 ubi εἰκὸς ἂν ἦν illud est in B quoque, **2** γ 5 λειφθεὶς diserte dicuntur etiam B L habere; quod in **5** 10 seruauit etiam A corr. αὐτοῖς, inuenitur in Z M, quod autem A² scripsit: οὐ τοῖς, id habet B.

Quocirca cum necesse sit aut A² ipse hauserit ex codice cum B cognato aut ex A ipso postquam ab A² correctus est descripti sint B et eius socii, dubius haerere uidetur Blassius utram amplectatur sententiam. Confer eum in praefatione ad Dinarchum pg. VI dicentem: »ceteros ex A corr. fluxisse non improbabile est,« postquam dixit pg. IV: »sed hic alter corrector libro adhibito omnibus numeris deteriore magis corrupit quam correxit codicem,« eundem de Antiphonte ipso in commentatione Mus. Rhen. XXVII, 100 haec proponentem: »dieser corrector verfährt entschieden als interpolator, mochte er nun nach eigenem belieben ändern oder nach einer ihm vorliegenden handschrift, in der die interpolationen schon geschehen waren.« Sed illum non omnia de suo dedisse imo ex libro qualiscunque fuit hausisse eo euincitur quod cum satis multa quae corrupta essent intacta relinqueret complura etiam nulla nec grammatica nec logica ratione correxit ita ut aut eadem sententia in uerbis inesset aut etiam quod sensum antea habuisset mutatione facta ne ab ipso quidem posset intellegi: adeo auctoritate magis quam ratiocinatione ducebatur. Sic auctoritate codicis alicuius effectum est, ut δὲ insereret in hypothesi or. **2** δ post τεκμήριον, eadem puto causa in **2** β 6 post ἦσαν: auctoritate adductus in **2** γ 5 inter κίνδυνον et τὸν αὐτὸν uerba οὐ inseruit quod explicari nequit nisi signo interrogationis in fine enuntiati posito. Prorsus absurdum erat ibidem ληφθεὶς in λειφθεὶς corrigere, quod ex errore procliui scriptum extat in B L. Quid deinde lucrabatur **3** γ 10 insana illa ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας τοῦδε τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι ἀπολύεται in uel insaniora τοῦδε τῷ mutans? Ex auctoritate explicatur adiectum οὖν in **3** δ 9 post οὐκ ἐὰν, in **4** δ 2 τῶν νέων

pessumdatum in absurdum illud τὸν νέον. Quid denique causae erat ut **5**, 10 ordinem uerborum litteris α et β supra scriptis indicatum: τοῦ νόμου κειμένου ἀνταποθανεῖν τὸν ἀποκτείναντα in illum si non deteriorem, at non meliorem mutaret τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν nisi ut exemplo suo etiam in minimis obediret? Idem enim re uera ordo est in uulgata. Ceterum Siggii beneficio uideo deberi, ut de hoc loco tandem recte statui possit. Is enim intellexit, quod priores fugerat, γ illud transpositionis signum, quod falso apud Maetznerum suprascriptum est τὸν ἀποκτείναντα uocibus, ab A² positum esse sub ἀνταποθανεῖν uerbo: eo igitur spectat ut β eidem infinitiuo suprascriptum corrigatur h. e. ut indicetur ἀνταποθανεῖν uoci non medium locum adsignandum esse sed tertium. Cum enim in codice scriptum esset ita:

β (A pr. uel A′) α (A pr. uel A′)
ἀνταποθανεῖν τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα
γ (A²)

casu factum est apud Dobsonum pg. 144, ut τὸν ἀποκτείναντα in linea proxima infra ἀνταποθανεῖν typis exprimeretur: quam ob rem γ in medio ἀνταποθανεῖν et ἀποκτείναντα uocum positum falso a Maetznero Blassioque putatum est ad hanc uocem pertinere, cum pertineret ad illam. Sed ad hunc locum postea nobis erit redeundum. Secutum igitur esse A² correctorem codicem eius familiae cuius sunt B L Z M, ideo consentaneum est quod fieri non potuit ut emendator tam ingeniosus qualem eum haberi si codicis ope destitutus fuisset necesse esset, qui ex. gr. **5** 68 ex corrupto ἥξει οὐ A pr. ἠξίουν formam coniectura inuenisset, eo aberraret, ut de suo non solum uilia sed plane absurda obtruderet codici suo corrigendo.

Superest ut de reliquis mutationibus dicamus quae A² librario non debentur; ut enim praetermittam paucos illos locos in quibus recentior manus quaedam addidit (sic **3** γ 11 ἁμαρτίαν uoci ἀσέβειαν suprascriptum est), extat magna sane multitudo mutationum tota oratione diffusarum, quas eadem fere aetate atque librum ipsum scriptas esse constat. Jam uero cum Blassius totam hanc farraginem eidem primae manui h. e. ei ipsi tribuat qui codicem scripsit, Siggio ita duo uidentur mutationum genera distinguenda ut, siue ab uno eodemque homine scripta sint siue a duobus, tempus non prorsus fuerit idem: alteras enim correcturas esse inter scribendam institutas (A corr.) alteras scripto iam codice (A′). Praeterea hoc discrimine separari eas, ut A corr. ex archetypo ipso, A′ potius ex alio quodam codice hausisse uideatur. Cum autem Siggius ipse in conlatione sua confessus sit permultis locis duo illa genera ex pa-

laeographicis rationibus distingui non posse, nolo equidem in eo perseuerare, quod accurate persequi prohibeor. Blassium igitur potius sequar, ut id genus omnes mutationes uno siglo (A') comprehendam. De fontibus ex quibus haustae eae sint postea uidebimus.

Inter has igitur mutationes quas A' nota in unum conligimus, longe frequentissimae sunt eae quibus restituuntur lectiones omnium reliquorum quotquot nouimus codicum communes. Hae primam efficiunt classem. Erat enim codicis A librarius tantae et imbecillitatis et neglegentiae homo, ut incredibilem peccatorem numerum admitteret, quorum partem statim animaduertisse uidetur et correxisse inter scribendum: altera uero pars eaque maior post librum conscriptum siue ab ipso siue ab alio emendata est. Quam saepe hoc sit factum perspicies, si uitiis illis, quae A[2] siue emendauit siue emendare sibi uisus est, adnumeraueris fere trecenta exempla A' correctoris, adnumeraueris denique ea menda quae et ille et hic corrigere neglexit. Inde effectum est ut codex et additionibus et rasuris quaeque similia sunt scateret: saepe numero enim ita peccauit librarius, quae erat eius Graecae linguae imperitia, ut falsas uel uocales uel consonantes uerbis insereret: imprimis memorabile est, quod ϑ compluribus locis in rasura positum inuenitur, ut alia littera in A pr. fuerit necesse sit, velut in *ϑάνατον* **4** *γ* 7, in *ἐχϑρῶν* **5**, 73, in *ἀληϑῆ* **5**, 83. Nec minus raro litterarum numerum uocis alicuius de cuius ueritate dubitare non licet temere aut augebat aut minuebat: saepius etiam accidebat, ut oculis aberrans falsam uocem continuaret in scribendo, deinde subito errore animaduerso litteras plures iam scriptas eraderet. Quae cum ita sint caue putes in omni correctione diuersam lectionem archetypi latere. Quid enim quaeso efficies exemplis hisce: **2** *β* 5 *ἐκ δ.υ.ϑῆναι*, **2** *γ* hypoth. *ἀπολέ.σαι*? Nec puto multum te proficere etiamsi tibi contingat ut probabili ratione haec suppleas: **1**, 8: *ᾠήϑησαν . . . πῶς οὖν εὔορκα . . . ἀντομωμοκώς*; **1** 13: *τούτων . . . οὐκ ἄδηλον*, **1** 30: *ἁμαρτάνωσι . . . γράμματα* ubi nuper Blassius *ἀλλὰ* inseri uoluit. Ab eius modi coniectura igitur rectius temperabis nisi singulare quiddam inueneris uel adiutus sis ceterorum librorum inprimis N codicis testimonio. In **2** *γ* 8 a prima manu haec supersunt: *ἀποστερηϑ˜ . . .*, A' scripsit quod apud omnes reliquos est: *ἀποστερηϑῇ*. In nostra autem lectione *ἀποστερηϑῆναι* latere uidetur quod aptum non est; ne uero *ἀποστερηϑείη* subfuisse putemus, accentu a prima manu posito prohibemur. Quod **2** *δ* 7 A pr. solus quod unice uerum est scripsit: *ἀκινδύνως δὲ*, cum ab A' in *τε* ut in ceteris omnibus sit mutatum, id potest casu factum esse. Quamquam non nego esse etiam ubi ex archetypo

solus uel ueram uel uero propiorem lectionem seruasse A pr. uideatur. Ita in eadem paragrapho *κυρίων*, pro quo cum ab omnibus ceteris et ab A' et ab N et ab deterioribus scriptum sit *κυρίως*, inde concludo in archetypo duplicem iam lectionem extitisse *κυρίων* (ς supra scriptum). Similem in modum explicandum uidetur **5** 16: *ὑπολείπεται* A pr., quod editiones habent, *ἀπολείπεται* A' N B Z M. (Prorsus falsum de hoc loco Maetzneri Blassiique testimonium.) Ad ueram deinde Antiphontis scripturam ducere mihi uidetur haec singularis A pr. scriptura **1** 19: *πλέον. α. φιλησομένη* h. e. *πλέον καὶ φιλησομίνη*. Quod autem illi *καὶ* A' *μᾶλλον* communem omnium formam substituit, eo puto pertinere, ut in archetypo omissum illud *μᾶλλον* supra *καὶ* scriptum fuisse statuamus. Antiphon uero ipse scripserat utrumque: *ὡς ὅσῳ* (sic malim pro *ἴσως*, cum ceteri omnes secundum Bekkerum *ὡς εἰ* scripserint) *δοίη πλέον, μᾶλλον καὶ φιλησομένη*. **2** *δ* 10: pro corrupto illo *ἀλλ' ἐὰν ἐλεγχϑῶ* cum Bekkerus *ληφϑῶ* uel *ἁλῶ* coniecisset, Blassius adsentiente Schoellio audacter *καταληφϑῶ* in orationem recepit. Sin autem A prioris lectionem quae est *ἐλεγχῶ* respexeris, potius eo peruenies ut ab Antiphonte: *ἁλῶ ἐγὼ* scriptum esse conicias, quod postquam paulatim in *ἐλεγω* uel simile quid abierit, quomodo *ἐλεγχϑῶ* formam nactum sit, facile est intellectu; *ἐγὼ* pronomen recte opponitur notioni illi quae sequitur: *τοῖς διωκομένοις*. Ceterum conferas **5** 35: *ἐγὼ ἀπόλλυμαι*, **5** 59: *καὶ πολὺ ἂν δικαιότερον ἁλοίης σὺ τοῦ φόνου*. Quodsi ex silentio Maetzneri concludere licet etiam in N ut in ceteris et in A' iam *ἐλεγχϑῶ* formam extare, in archetypo omnium communi scriptum fuerit: *ἐλεγχω* (ϑ supra scriptum).

His locis adiciam unum in quo emendatio ab A' adhibita cum consentiat cum ceterorum lectione a lectione in N proposita ita discedit, ut tamen sint similes: **3** *β* 3 A pr. scripsit: *ἐδόκουν μὲν ἔγωγε*, A' in *μ οῦν*[1]) correxit, ita etiam ceteri *μὲν οὖν*, N contra *γοῦν*. *Μὲν οὖν* unice uerum esse cum per se probabile sit tum apertum fiet, si rem ita accidisse perspexeris: in archetypo extabat *μουν*, quod cum male pictum esset, ab A pr. *μὲν* lectum est, ab N *γοῦν*, ab librario ceterorum archetypi quem tamen ex alio fonte hausisse postea demonstrabitur sic ut erat: *μὲν οὖν*. In eandem sententiam incidit iterata lectione etiam A'.

Alteram classem emendationum ab A' propositarum eam dicamus, in qua discedit ab omnibus codicibus. Huius generis quattuor tantum exempla inueni.

---

[1]) siglis illis adhibitis quae typis exprimi non possunt.

2 *β* 9 *ἀλλὰ πολλαπλάσιον, εἰ παρεφρόνουν* A pr.; A′ post *εἰ* coniunctionem *μὴ* inseruit quod a sensu flagitari consentiens etiam editorum opinio est. B L Z M *εἰ μὲν* exhibent. Quid N habeat nescio.

4 *γ* 6: *οὗτος δὲ φανερῶς* A pr. cum ceteris omnibus; solus A′ *οὕτως δὲ*, quod recentiores editores receperunt.

5, 28: *ἐν ᾧ αὐτοὶ μὴ ὁμολογῶσιν* A pr. et reliqui; A′ solus *ὁμολογοῦσιν* quod recte se habet.

5, 59: *μᾶλλον ἢ σὺν ἐμοὶ* A pr. N Z M (de B non constat), *σὺ* extat ab A′ scriptum, sicut in editionibus. **6**, 30: *διδάσκοι* A pr. cum N, *διδάσκει* A′ cum B.

6, 49: *οἳ τούτοις ἐγραμμάτευον* A pr. — *ἐπεγραμμάτευον* A′.

In ceteris uidetur *ὑπεγραμμάτευον* traditum esse; quod cum in archetypo iam correcturae causa ita adscriptum esset:
υπ
εγραμμάτευον, in legendo errauit A′ corrector. Id uero monitum uelim haec exempla, quae uides esse rarissima, non posse pro certis haberi, donec etiam reliqui codices accuratius sint conlati.

Tertio loco ea exempla ponenda sunt, in quibus A′ facit cum N codice. A pr. plerumque cum uulgata. Eis huius generis exemplis quae a Blassio ex **2** *α* 1, **5** 22, **6** 42 adlata sunt pg. 98 *β* littera notata, haec habeo quae addam: **2** *δ* 5 *ἀφίωντο* A pr., *ἀφίοντο* N et A′, *ἀφίοιντο* ceteri codices et A². **3** *β* 10 *ὑπό τε τῆς ἀληθείας τοῦ νόμου ὑπό τε τῶν πραχθέντων* A pr. et ceteri codices; *ὑπό τε τῆς ἀληθείας τῶν πραχθέντων ὑπό τε τοῦ νόμου* A′ et N, quod etiam Reiskius coniecerat. **5** 46 *ὃ δὲ καὶ μάλιστα ἐνθυμεῖσθαι* A pr., A′ supra *αι* addidit *ε* ut est in N; — A² qui *δεῖ* inseruit erasit rursus illud *ε*, ut par erat.

Quartam porro classem efficiunt ei loci in quibus A′ cum ceteris praeter N consentit, A pr. plerumque cum N. Exempla id genus proposita a Blassio ibid. (et ea *α* littera insignita) augere licet hisce:

A pr. et N	A′ et ceteri
1, 1: *ἔχει μοι*	*ἔχοιμι*
1, 12: *καταψηφίσεσθε*	*καταψηφίσησθε*
2 *δ* 9: *Διιπολείοις*	*Διιπολίοις*
2 *δ* 11: *ἐμὲ δὲ ὡς*	*ἐμὲ δὲ ὅς*
3 *β* 5: *φανερῶς*	*φανερὸς*
4 *δ* 9: falsa iteratio	delevit A′, omiserunt ceteri

A pr. et N	A′ et ceteri
uerborum inde ab *ἢ καταλήψιμον* ita tamen ut A pr. aliquanto celerius errorem animaduerteret	
5, 19: *ἐλασσωθεὶς*	*ἔλος σωθείς*
5, 22: *οὔτ' αὖτ' ἐγώ*	*οὔτ αὖ ἐγώ* A′ et B
5, 32: *εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν*	*μὲν* omiss.
6, 10: *καταψηφίσεσθε*	*καταψηφίσησθε*
6, 50: *μεσεγγυησάμενοι*	*μετεγγυησάμενοι*.

Eidem quartae classi ea quoque exempla tribuo, in quibus cum consentiant A′ et ceteri, tamen inter se discrepant N et A: **5**, 50: *τῷ διὰ τέλους τὸν αὐτὸν λόγον λέγοντι* A pr., in margine post *λόγον* uocem *ἀεὶ* addidit A′, et sic ceteri, in N extat *ἀεὶ λόγον λέγοντι.* In his quamuis Sauppio adsentiar *ἀεὶ* illud quod post *διὰ τέλους* superuacuum est ab ipso Antiphonte abiudicanti, nihilo secius ex N et reliquorum codicum consensu concludo iam in archetypo ipso plane ut in A′ adscriptum fuisse in margine; inde receperunt et archetypus reliquorum librorum et A′ ipse et N; hic uero ita ut aptiorem locum glossemati adsignaret. Simile quid accidit in **6**, 40: In archetypo scriptum fuisse uidetur:

— *ἐπειδὴ*
μοι
ἐπύθετο προειρημένον εἴργεσθαι

A pr.: *ἐπειδήμοι ἐπύθετο πρ. εἴργ.* scripsit; *μοι* pronomen A′ correctori item ut librario qui archetypum deteriorem scripsit uisum est ad *εἴργεσθαι* pertinere, ubi sane ineptum est; N contra scripsit aptissime: *ἐπ. ἐπύ. προειρημένον μοι εἴργεσθαι*, non solum oculo duce usus ut ceteri sed etiam ratione.

Iam discriptis quattuor illis generibus transeundum est ad eam quaestionem quae est de fontibus harum lectionum. Et id quidem statim adparet: coniecturae eius ipsius hominis qui in orationem recepit eas deberi esse negandum cum propter alterius classis uel paucitatem uel ambiguitatem tum ob magnum primae classis exemplorum numerum h. e. reliquorum praeter A pr. in plerisque cum A′ consensum. Ex A ipso enim hos libros (B L Z M) non manasse supra demonstratum est. Quod si ex aliquo libro eae emendationes deprauationesue quas A′ nota complectimur haustae sunt quaeritur qui uel qualis fuerit codex. Jam siquis N codicem pro fonte habere uelit propter ter-

tiam classem, ei obstabunt ut alia taceam quartae classis exempla, quippe in quibus A' ab ipso N discesserit in ceterorum librorum partes: sin quis hac quarta classe adducatur ut cogitet de archetypo reliquorum quem β nomine insignire liceat, ei non minus impedimento erit classis tertia: utrique autem rem dissuadebit tanta quantam esse mox uidebimus inter codicem qualis est A ab A' solo correctus et utrumque illum librum N et β dissimilitudo. Quid ergo? eone peruenimus ut secundum classes quas distinximus distinguamus etiam fontes? ut primam classem, quam consentaneum est cum ipse librarius se corrigeret ex archetypo codicis A fluxisse, huic tribuamus, tertiam classem N codici, quartam ei libro quem β nominauimus? At obstat huic quadrupertitae distributioni et literarum et rasurarum similitudo. Eo igitur potius nos conuertamus oportet ut omnia uel fere omnia quae non ab A² profecta sunt ex archetypo ipso cuius apographum erat A manasse statuamus, in tertia autem ac quarta classe — sunt enim si omnia numeres haud amplius uiginti quinque ex fere trecentis exempla — ea utamur explicatione quam Blassius primus iniit: arbitratur enim ille iam in archetypo ipso duplicem his locis propositam fuisse lectionem. Cuius rei exempla iam supra nonnulla attulimus. Quod si quis malit partem earum emendationum quas codici iam scripto insertas esse adparet alii homini tribuere quam librario ipsi, equidem non obstabo dummodo pro fonte habeat uel eundem archetypum ita ut aut statuat duplices eius scripturas inter scribendum in prima lectione neglectas fuisse aut interim hoc est inter primam et alteram lectionem eum nonnullis locis tractatum esse ab emendatrice manu, uel talem codicem qui eius fuerit simillimum. Quamquam necessario nos cogi ad hanc sententiam amplexandam infitias eo.

Duplicis autem recensionis quae in archetypo fuerit praeter ea quae a Sauppio et Blassio obseruata sunt et ea quae supra ipse proposui haec habeto luculenta exempla:

In loco iam laudato **3** β 10 scriptum extabat in archetypo:

α δ γ β
ὑπό τε τῆς ἀληθείας τοῦ νόμου ὑπό τε τῶν πραχθέντων.

Emendationem his litteris indicatam statim executus est librarius N codicis ut scriberet quod unice uerum esse etiam Reiskius codicum ope destitutus uidit; in A sic extant haec uerba ut supra indicaui ipsis transpositionis siglis additis siue inter scribendum siue postea in corrigendo; β autem neglectis his notis falsum uerborum ordinem exhibuit, qualem uidemus in B L Z M.

3 γ 3: archetypus *πεισθέντας* — *ἡγήσησθε* (α supra scriptum).

N emendauit in *πεισθέντας ἡγήσασθαι*, β in *πεισθέντες ἡγήσησθε*, A pr. mentem scriptoris nihil curans *πεισθέντας ἡγήσησθε* scripsit, A' *ἡγήσασθε*, A² familiam β uti solet secutus *πεισθέντας* in *πεισθέντες* mutauit; idem uero oblitus est quod debebat *ἡγήσασθε* iterum in *ἡγήσησθε* mutare.

β α
5, 10 archetypus: *ἀνταποθανεῖν τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα.* N signis transpositionis omissis suo fortasse iudicio usus reliquit uerba in eo ordine quo scripta erant. A librarius eodem prorsus modo quem in **3** β 10 deprehendimus uerba descripsit additis illis duabus litteris β et α, qualia extabant in archetypo; β contra haec sigla falso ita interpretatus ut *τὸν ἀποκτείναντα* accusatiuum α nota et ipsum comprehenderet sic: α $\overline{\text{τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα}}$, cum haec fuisset uoluntas emendatoris: α $\overline{\text{τοῦ νόμου κειμένου}}$, ut *τὸν ἀποκτείναντα* ultimo maneret loco, scripsit quod nemo iusserat: *τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν.* Iam uero cum A² quem scimus id egisse, ut A codicem ex exemplari emendaret quod ad familiam β pertinebat, rectius quidem quam β librarius ipse notae transpositionis quid significarent intelligens discrepare hanc significationem cum exemplari suo ratus γ illud de quo supra pg. 11 diximus infra *ἀνταποθανεῖν* uoce de suo posuit quippe cui non secundus locus sed tertius esset adsignandus.

In **5**, 49 Siggius primus obseruauit in A scriptum esse *προτείνοντας* (Bekkerus *προτείναντας* quod Reiskius coniecerat in A esse dicens fallitur); N *προτείναντας* exhibet, B *προτείναντον*, ceteri codd. et ueteres editiones *προτείναντε.* Erat ergo in archetypo haec duplex lectio

ον
προτείναντας.

N lectionem quae fuerat recepit; A eam quae suprascripta erat, β cum *ον* correctio in archetypo incommode supra *τ* conspiceretur inepte sane ratus substituendam eam esse pro ultima syllaba exhibuit *προτείναντον.* Id cum ut erat absurdum uideretur, archetypi ceterorum codicum librarius inuita quidem Minerua sed ita ut speciei rationis grammaticae quodammodo satisfieret, propter datiuum *αὐτῷ* qui praecedit in *προτείναντι* mutandum putauit.

De crisi in Antiphontis orationibus factitanda qui disserere uult, eum haud decet quaestionem illam de codicum auctoritate, quae est et grauissima et difficillima, tamquam scopulum periculorum plenum praeteruehi. Ceterum non diffiteor me ipsa hac difficultate inprimis ad haec studia esse inuitatum. Res de qua agitur haec est. Cum N et A librorum quantus erat multis locis consensus tanta etiam aliis multis esset discrepantia eaque eiusmodi ut et in conlocatione uerborum elegantior et in quibusdam difficilibus locis uero propior N esse uideretur, dudum quaesitum est uter praeualeret auctoritate, quoniam hos duos potissimos esse testes Antiphonteae orationis constabat. Post Maetzneri qui Oxoniensem ex tenebris protraxit Frankii aliorum primam huius codicis admirationem extitit Hermannus Sauppius vir clarissimus eorumque qui nunc oratores Atticos tractant princeps, qui scriptionibus quas supra laudaui tam luculentis argumentis demonstraret hunc codicem a docto grammatico esse interpolatum uix ut contra dici posse uideretur. En superuenit Fridericus Blassius, qui et ipse de oratorum Graecorum studiis optime meritus est, et in Maetzneri se partes abiisse aperte confessus in editione sua eam uiam constanter secutus est, ut illius N libri auctoritati quantum fieri posset sese addiceret: nunc quidem ni multum fallor uideo eum Schoellii reprehensione permotum aliquantum a causa sua recessisse.

Atque hoc quidem uidetur concedendum esse Blassio, longius aliquanto quam aequum erat in opinione sua defendenda Sauppium progressum esse: non erat ipse librarius N codicis homo ille ingeniosus et eruditus, quem Sauppius nobis repraesentauerat quandoquidem a ueri similitudine abhorret eundem hominem, qui tam ingeniosas praeter futiles quasdam emendationes excogitarit, plane absurda primum in orationem recepisse. Necesse igitur nos, si omnino in N codice interpolationis doctae uestigia cum Sauppio esse statuamus, amplecti Brieglebii Schoelliique sententiam, doctum illum grammaticum antequam hoc exemplar quod N appellatur descriptum esset uolatica lectione usum archetypo eius emendandi conatus suos obtrusisse. Neque uero causa erat cur Blassius pg. 97 dissertationis suae hoc ipsum suspectum esse diceret quod sententia a Sauppio proposita mutationes quasdam esset passa: nihil enim in litteris suspectum nisi quod a rerum natura abhorret.

Deinde hoc quoque Blassio concedendum noua nunc conlatione Crippsiani instituta id esse effectum, ut quaedam quae N librarius emendandi causa excogitasse dictus esset nunc item in A pr. extare intellegeremus; interpolationem igitur, si modo esset, non ab N librario sed ab aliis ante eum esse perpetratam.

Quod uero Blassius pg. 99 contendit postquam compertum sit in archetypo communi iam extitisse quasdam duplices lectiones, inde etiam omnes inter A et N discrepantias, quae non a calami lapsu alterutrius librariorum profectae sint, explicari, hoc audacius quam uerius dictum esse puto. Primum enim tum tantum sana ratione statueris duplicem lectionem in archetypo iam fuisse, si eius rei uestigia aut in discrepantiis inter A et A' aut in litterarum forma aut comparatione lectionum earum quae in β inueniuntur deprehenderis. Fac autem ex. gr. omnibus illis fere sexaginta locis in quibus a uerborum conlocatione reliquorum communi N discedit duplicem in archetypo lectionem ita fuisse propositam ut ei qui scriberet optio permitteretur; tum dico fieri non potuisse quin in A saltem ut de ceteris taceam uestigia eius rei deprehenderentur. Qui tandem factum esse tibi animo fingere uelis ut perpaucis tantum locis quos supra attulimus transponendi sigla ab A uel A' conseruarentur, omitterentur autem omnibus illis plus quinquaginta locis, omitterentur ab eo qui in id ipsum incumberet, ut ex archetypo A pr. corrigeret et correctiones in archetypo adpositas attentius obseruaret quam in prima scriptione factum erat? Nonne is multo propius aberit a ueri similitudine qui statuerit cum in archetypo iam initia duplicis recensionis siue interpolationem eam dicis siue emendationem nonnullis locis essent, grammaticum aliquem haud indoctum ea re esse incitatum ut inceptum opus cui se parem esse confideret maiore et audacia et constantia usus persequeretur?

Cum igitur, quoniam fieri non potuit ut in archetypo N et A librorum communi omnes illae discrepantiae quibus hodie eos inter se dissentire uidemus ea quidem aetate qua ex illo hauserint A et A' iam essent indicatae, necessario eo adducamur ut aut in A aut in N interpolationem grassatam esse statuamus, in utro potius hoc sit factum, non potest dubium esse. Quodsi concedo post nouam conlationem Crippsiani numerum quendam eorum exemplorum quae ex N codice ut uel licentia uel interpolatio huius librarii deprehenderetur ab Sauppio maxime et ab Schoellio prolata sunt, remouendum esse, tamen etiam nunc de magna parte eorum eadem suspitio ualebit. Liceat hic in unum conspectum dare delectum ex eis exemplis, quibus nunc quoque idem comprobari puto, ita ut uncinis inclusum familiae β testimonium adponam.

1 16: *ἐθελήσει* A (et β [B]); *ἐθελήσοι* N (*ἐθέλοι* simili interpolatione LZM).
1 17: *τῆς* A, *τῇς* N (*ταῖς* β et A^2).
1 29: *γινώσκοσι* A, *γινώσκουσι* N (*γινώσκωσι* β et A^2).
2 *α* 7: *καθίστησιν* (A et β), *καθίστησεν* N.

2 β 4: ἐγὼ δ' εἰκότως A (et β), ἐγὼ δικαίως N cum uideret δὲ illud ferri non posse.

2 γ 6: τόδε A, τότε N (τόνδε β et A²).

ibid.: κίνδυνον A (et β), ἀγῶνα N.

3 γ 5: ἀποκτείναντα A (et β), ἀκοντίσαντα N.

4 β 7: ἀποστεροῦντες δέ μου τοῦ βίου A (et β); (non μοι in A pr. quod Dobsonus falso testatur), με N recte emendat.

4 δ 2 εἰ μὲν γὰρ βλέπειν μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκούειν δὲ τοῖς ὠσίν A (et β) — N τοῖν ὀφθαλμοῖν quippe ab homine profectum qui bene nosset non plus duo oculos nobis esse. Quis uero credat Antiphontem in uno eodemque enuntiato numerum oculorum finiuisse, aurium numerum non item?

5 14: διδάξουσι A (et β, [B]; Z M: διδάξωσι) διδάξει N ad τὸν κατήγορον relatum.

5 50: λόγον ἀεὶ λέγοντι A' (et β), ἀεὶ λόγον λέγοντι N de quo loco uide supra p. 15

5 62: οὐ γὰρ ἔδει κινδυνεύειν αὐτὸν, cf. Sauppii quaestt. Antiph. p. 11. A (et β), οὐδὲ ἔδει N.

5 90: ψηφισαμένοις A (et β), φεισαμένοις N, (rectius Ald. ἀποψηφισ.).

5 96: ἐν δὲ τῇ τοῦ φόνου δίκῃ — ἐμοῦ κατηγορήσουσιν A (et β), ἐὰν δὲ τῇ — κατηγορήσωσιν N.

6 23: ἕτοιμος εἶεν A, ἑτοιμός εἰμι N, (ἕτοιμοι εἶεν β et A²; Taylor recte ἕτοιμος εἴην).

De hoc loco cf. Sauppii sententiam quam exposuit quaestt. Antiph. pg. 8.

His ex codice N exemplis, in quibus Sauppius meditationem aliquam uel licentiam grammatici alicuius deprehendi rectissime statuit, addam haec:

1 3: ἀπειλειμμένῳ A, quod cum graecum non esset N in graecam formam sed quae hic loci absurda esset mutauit: ἀπειλημμένῳ — (ἀπολελειμμένῳ β et A²).

2 α: hypoth. λόγῳ τῷ πρὸς Μικίνην — — Μυκήνην N, quod nomen grammatico notum erat.

2 α 1: ἂν δ' οἱ — ἐν ᾧ — εἰσί πράττωσι A quod rectum est (et β h. e. B), εἰσὶ πράττουσι N cum non intellegeret falso in indicatiuum mutans propter illud εἰσί (L Z M: εἰσπράττωσι).

2 γ 2: ἰδόντες A (et β), προιδόντες N.

Ut transeam ad ordinem uerborum mutatum, id genus mutationes plerasque non casu tantum, sed consulto factas esse ex eis exemplis perspicies in quibus adparet bene nosse illum quisquis fuit etiam alias mutationes interdum ab illis postulari. Velut **2** δ 2: ὑπεραπολογούμενοι τῆς ὑποψίας πάσης τῆς ἀληθοῦς A (et β), τῆς ἀληθοῦς ὑποψίας ἁπάσης N recte uel omisso uel addito altero articulo. Prorsus item **2** β 3: προειδότα τὴν ὑποψίαν τὴν νῦν εἰς ἐμὲ ἰοῦσαν A (et β), τὴν νῦν ὑποψίαν εἰς ἐμὲ ἰοῦσαν N. Ex quibus exemplis hoc quoque discitur, si A interpolator fuit, eum studuisse ut longior euaderet oratio, sin autem N, eum breuitati consuluisse. Utrum probabilius sit, haud difficile est ad decernendum.

Quid egerit interpolator illustrabo unius quintae orationis exemplis omnibus infra in unum conlatis

5 5: καὶ ἡγεῖσθαι ἀπειρίᾳ μᾶλλον αὐτὸ ἢ ἀδικίᾳ ἡμαρτῆσθαι A (et β), αὐτὸ μᾶλλον ἢ N.

24: καίτοιγε οὐ δήπου A (et β), καίτοι οὐ δήπου γε N.

38: καθ' ὧν μηνύῃ ἄν τις A (et β), καθ' ὧν ἄν τις μηνύῃ N.

42: ὁ δὲ τὸ παράπαν ἔφη οὐκ ἐκβῆναί με A (et β), οὐδ' ἐκβῆναί μ' ἔφη N.

48: πολλῷ ἂν ὑμεῖς δικαιότερον A (et β), πολλῷ ἂν δικαιότερον ὑμεῖς N.

57: καὶ τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν εἶναι φανερὰν ἐπιβουλευομένην A (et β), εἶναι φανεράν N.

73: κρεῖσσον δὲ χρὴ ἀεὶ γίγνεσθαι A (et β), γίγνεσθαι ἀεὶ N.


84: οὗτοι δὲ τοῖς λόγοις ζητοῦσι τὰ ἔργα ἄπιστα γίγνεσθαι A (et β), τοῖς λόγοις τὰ ἔργα ζητοῦσιν N.

91: τὸ μὲν γὰρ μόνον ἁμάρτημά ἐστι A (et β), ἁμάρτημα μόνον N.


Ut omittam locos eius generis in quibus utram conlocationem adhibeas nihil intersit, maiorem elegantiam inesse plerumque in eo ordine quem N secutus est neminêm fugit. Cum igitur constet ab altero utro consulto transpositionem esse institutam, si in A interpolationem deprehendere uelis id consilii ei tribuas necesse ut elegantiam ui extrudat, sin in N, ut restituat eam. Ab elegantia abhorrere uideri poterat in 5: αὐτὸ illud in fine ante ἢ positum; melius esse deinde si ἢ post μᾶλλον poneretur a quo penderet. In 84 cum praecederet καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους ἐλέγχουσιν, elegantia postulare uidebatur, ut etiam in eis quae sequuntur τοῖς λόγοις τὰ ἔργα nullo alio interposito uocabulo scriberetur. Sed nolo in his longius morari. Fac enim haec omnia sic se habere, ut lubricum sit iudicium, fac haec omnia non posse internis argumentis uel ratiocinatione qua singuli loci per se

spectentur decerni, fac etiam in A interpolatorem uersatum esse qui consulto quae eleganter composita essent peruerteret, etiamsi haec concedas, quae concedenda non sunt, tamen restant alia quibus N codicis auctoritas labefactetur, eaque posita in codicum ratione.

Quam quaestionem cum nec aut Sauppius aut Blassius tractauerit et Schoellius tetigerit tantum, liceat mihi de ea quid sentiam exponere. Hoc uero erit fundamentum disputationis nostrae: quicumque cum Maetznero Blassio aliis codici N auctoritatem suam propriam uindicat in eis in quibus et ab A et a β h. e. codicum deteriorum quos uocant archetypo, uel si mauis a consensu A B discrepet, is necesse est neget β familiam sui iuris esse. Inde consequitur ut aut ex A correcto aut ex antecessore A codicis in eadem linea eam fluxisse statuat, cum sana ratione aliter tum non possit explicari cur tam saepe A et β contra N consentiant. Codicum igitur stemma quod unice conueniat cum hac sententia est aut hoc:



aut hoc:



Haec uero stemmata pro ueris habere satis amplo numero bonarum lectionum β familiae uetamur earumque tam praestantium ut merae coniecturae deberi non possint. Non infitias eo multas in hac familia deprauationes complures etiam interpolationes etiam in B longe inter eos optimo inueniri, uelut:

2 γ 6: *παραχθῆναι* N A, *παραχρῆναι* β,

1 20: *οὐδ' ἐν αἰτίᾳ* N A, *οὐδ' ἐναντία* β;

lacunae deprehenduntur in β his locis: **1** 3, **2** β 10, quae explentur ab N A; interpolationes uero **3** γ 2 *ἀντιδοὺς ἤ λέξας* N A, *ἀντιδοὺς ἤλεγξας* β, **4** δ 6 *κρεῖσσον*

ὢν N A (ex *κρεισσόνως* corruptum) *κρείσσων ὢν* β. At non desunt loci ubi hi codices soli seruauerint quod unice uerum est: **1**, 3: *ἀπολελειμμένῳ*, **1**, 29: *γινώσκωσι*, **2** δ 1: *τῇ τε ἀτυχίᾳ*, **2** δ 5: *ἀφίοιντο*. Inprimis **3** γ oratio memorabilis est. In **3** γ 6 si uerum esset quod nunc Blassius sibi persuasit (pg. 101 comment.), horum codicum lectionem interpolationi deberi, tum hunc quem dicit interpolatorem multo melius rem suam constituisse quam Blassium aperte confiteor: tam incredibilia sunt quae hic nobis commendat; ut alia omittam: *ἑκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἀκουσίως ἀποκτείναντές μου τὸν παῖδα* is profecto dicere nullo modo potuit qui dixisset in eis quae praecedunt *ἑκὼν μὲν οὐκ ἀπέκτεινεν.* Quod uero Blassius ad haec prouocat ut commentum suum stabiliat: *ἐγὼ δὲ ἑκουσίως κατηγορῶν πιστότερος ἄν μοι εἶναι δοκῶ*, id iniuria facit, cum *ἄν μοι δοκῶ εἶναι* idem sit quod *ἦν ἄν, εἰ κατηγόρουν*. Cf. β 6: *ἀκουσίου δὲ τοῦ φόνου ἐξ ἀμφοῖν ὑμῖν ὁμολογουμένου γενέσθαι.* In **3** γ 8 adsentior Blassio ex corrupta N A codicum lectione *μηδὲ δϊ*, ubi β: *μηδεμιᾶς* habet lacunam in archetypo omnium communi fuisse conicienti; quod uero ex foedissima interpolatione, quae in eisdem est *εἰ δὲ ἀλήθεια* pro *εἰ δὲ θεία* quod β recte seruauit, *εἰ δὲ δὴ θεία* elicere uult, in ea re fallitur quia nulla causa est cur hoc potius re uera factum esse putarit accusator quam illud quod expositum est in priore membro: *εἰ μὲν γὰρ* etc. Nec intellego quomodo Blassius **3** δ 1: *γινώσκοντας* N A lectionem pro ceterorum *γινώσκειν* defendere uoluerit altero *χρὴ* inserto. Qua re firmiter teneo esse quasdam partes in his tetralogiis in primis in or. 3 et 4, in quibus casu factum sit ut aliquanto corruptior esset A N codicum memoria quam reliquorum. Vide sis turpe eorum additamentum in fine **3** δ: *ἐγένετο ἀπολέσθαι*, quod *ἀπολέσθαι* in β non extat. An credendum erit etiam in **5**, 3: *δυναμένων* post *πολλοὶ δὲ τῶν λέγειν*, quod uni seruauerunt codices familiae β et ex eis A^2, merae coniecturae deberi, *ἐξέληται* **5**, 46 pro lectione A N librorum: *ἐξελεῖται*?


Quo accedit quod certis argumentis euicisse mihi uideor A^2 non ex coniectura sed ex codice suas emendationes hausisse; quod si uerum est, tum cum A ab A^2 corrigebatur, alia familia h. e. ea quam β nomine complectimur praeter A et N extiterit necesse est.

Tertio denique loco ipsius Blassii testimonium adhibeo qui uerissime dixerit in praef. ad Dinarchum III: »nusquam fere accidit ut N A B codices falsam, ueram ceteri codices lectionem habeant; paullo saepius ut N A praeter ceteros in erroris communione sint.« Qui uero N A B consensum aliquanto pluris aesti-

mat quam N A solorum is B sui iuris esse statuit neque ab A pendere. Idem se etiam nunc sentire profitetur Blassius pg. 98.

Qua in re rectissimo eum usum esse iudicio adparet, miror autem eum non uidisse, hoc iudicium constare non posse cum ipsius de codice N sententia: quamquam hoc difficultatis subsensisse eum suspicor quod in eadem pg. 98 his uerbis »allerdings mag ein Original von ihnen eine Correctur nach A erfahren haben« per ambages uel ut nos dicimus per pseudothyrum reducere conatur quod modo reiecerat. Nos uero cur negemus fieri potuisse ut A ex β corrigeretur et iterum β ex A, non est quod longius exponamus.

Stemma igitur codicum quod priore posuimus loco cum per se refutetur eis quae de A² correctore supra demonstrauimus, cum priore autem etiam alterum, quod per se quidem constare possit cum eis lectionibus in quibus N et β consentiunt contra A, corruat eis ueris scripturis quas β solus contra α codicis corruptelas seruauit, quid superest nisi ut hanc quam infra significaui codicum rationem fuisse statuamus?



Quod n codicem interposui inter α et N factum est eo quod codicis N librarius non uidetur doctarum emendationum transpositionumue ipse auctor fuisse. Singularem codicem γ ideo statui, quia L Z M in mendis quibusdam saepissime consentiunt. Eius rei cum sexcenta adferre possim exempla, uno defungar. Cum in **2** β 9 pro εἰ μὴ consentiant in falsa lectione εἰ μὲν omnes hi libri B L Z M, in β corruptelam iam fuisse adparet; contra **5** 65: A et B ὑμᾶς ἔχεσθαι exhibent; fuerat igitur et in α et in β et in eorum archetypo x;

[1]) In hoc stemmate lineam illam sagitta munitam quae a β proficiscitur xylographum ita pingere debuisse, ut A² correctorem directo tangeret, uno uerbo lectorem monitum uelim.

L Z M in mendosa ὑμᾶς ἔσεσθαι lectione consentiunt, quod γ librarii peccatum fuerat; N solus suo more transposuit ueram lectionem ut scriberet ἔχεσθαι ὑμᾶς.

Consensu igitur N A B librorum (h. e. consensu α et β) lectio archetypi x repraesentatur.

Si N A consentiunt contra B (h. e. contra sincerissimum testem β familiae), auctoritate illi praeualent; sed est etiam ubi β obsequendum sit contra illos.

Si N B consentiunt contra A, suspecta est lectio huius, ut quae superetur testimoniis utriusque familiae.

Si A B consentiunt contra N, suspecta est lectio N codicis eandem ob causam; ut in omnibus quae pertinent ad uerborum conlocationem.

Quamquam non nego fieri posse ut quibusdam locis editori sequendus sit aut A aut N solus. Hoc autem tum tantum recte fiet si singularia uestigia adparuerint quibus ad duplicem lectionem in archetypo uel x uel α uel in utroque extantem ducamur aut ubi tam procliuis sit error ut facile in eundem calami lapsum diuersi librarii inciderint. Cautione autem uel maxima opus est in N codice, ut in quo cum doctae emendationis tum temerariae mutationis uestigia multo latius patentis quam in archetypo deprehendantur. In his igitur si N sequaris fiat id ita ut fit in recentioris docti hominis emendatione. Vides ergo ad Sauppii de hoc codice sententiam nos rediisse longis ambagibus, quas tamen non omni utilitate carere spero.

Cum autem in consensu utriusque α et β familiae archetypi x lectio constet, haud inutile fore duxerim si quis munus etiam B codicis denuo conferendi, quamuis uno seculo recentior esse perhibeatur quam A et N, in se susceperit; ceterorum autem huius familiae libris facile possis carere.

Neque α neque x ipsum prorsus liberum fuisse glossematis comprobatur etiam his exemplis: **2** δ 8 legitur in omnibus libris: καὶ ἐὰν μὴ φανῶ ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐν οἴκῳ καθεύδων ἢ ἐξελθών που (ποι Reiske), ὁμολογῶ φονεὺς εἶναι; testimonio enim seruorum suorum seruarumque rem confici uult reus. In quibus ἢ ἐξελθών ποι tum tantum sensum haberet si additum esset ἄλλοσε h. e. in alium locum quam in illum ipsum ubi interfectus esset homo. Sed ne hoc quidem testari poterant serui qui domi mansissent. Ergo aut haec

uerba *ἢ ἐξελθών που* ut glossema tollenda aut *μηδ' ἐξελθών που* scribendum. **5, 5**: *τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης*, quod cum neque per se uerum sit — nam non omnia uerba uel facta peccata esse adparet —, tum respuitur hac ipsa cogitationum serie quae in uerbis conspicitur praecedentibus, quippe in quibus sermo sit non tantum de male uel dictis uel factis sed etiam de eis quae bene aut dicuntur aut aguntur: de recte dictis conferas *ἐάν τι ὀρθῶς εἴπω* et *διὰ ῥήματα σωθῆναι*, de bene gestis: *ὀρθῶς πράξαντα*. Quare scribendum est *τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώσσης, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης* deleto *ἁμάρτημα* uocabulo. His subiungam aliam emendationem **5** 31: *νῦν δὲ αὐτοὶ ἦσαν καὶ βασανισταὶ καὶ ἐπιτιμηταὶ τῶν σφίσιν αὐτοῖς συμφερόντων*. Quae cum Blassius recte putarit interpretum ambagibus frustra defensa esse, quod ipse scripsit *μετὰ τῶν σφίσι συμφερόντων* id improbandum est. Conicio equidem hoc: *ἐπιμεληταὶ τῶν σφ. αὐτ. συμφερόντων* h. e. procuratores rerum suarum.

Die XXVIIII m. Aprilis huius anni cum sacra Turicensis Vniuersitatis anniuersaria rite concelebrarentur GEORGIVS DE WYSS Vir Clarissimus qui nunc Academiam nostram regit, publice renuntiauit has quaestiones in annos MDCCCLXXII—MDCCCLXXIII commilitonibus proponi.

I. Ab Ordine Iuris Consultorum:

»Untersuchung des Malthus'schen Bevölkerungsgesetzes auf Grund statistisch festgestellter Thatsachen.«

II. Ab Ordine Medicorum:

»Die Facultät wünscht eine Untersuchung der physiologischen Wirkungen des Mutterkorns und seiner wirksamen Bestandtheile, mit besonderer Berücksichtigung der Wirkungen auf das Gefässsystem.«

Quaestionum autem, quae ante hos duos annos erant propositae, eam quam Medicorum Ordo commendauerat qui adgrederetur nemo erat inuentus; quam uero solui iusserat Iuris Consultorum Ordo cum commilitonum quidam bene soluisset usus erat dissertatione sua ad adipiscendos in Vtroque Iure summos honores ante terminum his certaminibus eruditionis constitutum.

Quicunque uero uestrum, carissimi commilitones, haec noua quae supra commemorauimus argumenta pertractare uoluerint, eos iubemus dissertationes suas addita obsignata schedula nomen scriptoris continente eodemque dicto memorabili quo libellum ipsum insigniuerint munit[illegible] ante Kalendas Ianuarias anni MDCCCLXXIV Rectori Magnifico [illegible]


COLUMBIA UNIVERSITY
0032259328